

2. B. V.!

7 20

DISPUTATIO ETHICA
De

SUMMO BONO,
QUATENUS ILLUD IN COR-
RUPTO VITÆ HUIUS STATU,
HUMANA INDUSTRIA OB-
TINERI POTEST:

Quam

Ex adensu Amplissimi Senatus Philosophici,
In Illustri & Regiâ, quæ ad Auram Fennorum
florete, Universitate,

P R Æ S I D E

Nobilissimo Amplissimoq; VIRO,

DN. SAMUELE Gyldestâlpe/

Hæredit: de Kårnheim &c. Polit. atq; Hist. Prof.
Publ. & Ord. Præceptorè studiorumq; meorum In-
signi Promotore, omni Obsequio Cultuq;
ætatem devenerando;

*Liberali Exercitij gratiâ, Ingenue Philosophantium pla-
cida Censura modestè submitte*

OLAUS O. WEXIONIUS,

In Auditorio superiori & Maximo, ad diem 27. Maij. Par-
tus Virginei Anno 1680.

A B O Æ,

Impressa à JOHANNÉ WALD/ Acad. Typogr.

14 1/2

Sereniss. Regiæ Maj. Regniq; Sveo - Gothici

Fidelissimis VIRIS:

Generosissimo Excellentissimoq; DOMINO,

DN. EDUARDO ENKENSÆEN/

Hæreditario in Sörbygård/Sindesjö & Barkestorp &c. Imperialis
Senatus Cancellario Aulico longè Eminentissimo, Musarum
Patrono Insigni, Meccœnati Dominoq; meo Gratiofissimo!

Ut &

Generoso atq; Nobilissimo DOMINO,

DN. NICOLAO GYDENORPE/

Hæredit: de Jaföita & Särstad/ Sacratiss. Reg. Maj. à Consilijs
Cancellariæ & Secretario Status longe dignissimo, Districtuum
item, Åstis/Hjising & Wätelå/ judici Territoriali Accuratissimo,
ut Nascendi Sorte Patrueli, ita Beneficiorum in me Collatorum
magnitudine Meccœnati, Dominoq; Propensissimo!

Nec non

Admodum Reverendè, Ampliss. Consultiss. Spectatiss. Viris atq;

DOMINIS

DN. ENEVALDO SVENONIO S. S. Theol. D. ejus-

demq; in Academia Aboënsi Prof. Prim. atq; Celeberrimo, Con-
sistorij tam Eccles. quam Academici Seniori Graviss. Cathedralis
Templi utriusq; Eccles. cum Annexæ Nummensi, Past. Vigilantiss.
Affini, Præceptoris, studiorūq; meorum Patrono Honoratissimo.

DN. MAG. ANDRÆ PETRÆO, Naturalis scientiæ

in Inclyta Aboënsium Universitate Prof. Celeb. utriusq; Consist.
Adess. Eccles. q; Gratiæ Vallensis, cum Annexis Past. meritiss.
Avunculo, Præceptoris, studiorumq; meorum magno Promotori,
quovis observantiæ cultu ætatem devenerando.

DN. SAMUELI PETRÆO, Regij Dicasterij magni

Ducatus Finlandiæ Adess. designato Gravissimo, Avunculo, stu-
diorumq; meorum Promotori promptissimo, obsequioso affectu
ætatem prosequendo.

DN. ELIÆ JOHNSON Regiorum Redituum, in

Territorio Wemoënsi exigendorum Præfecto Circumspectissimo,
Affini, Benefactori, Fautoriq; meo Indubitatissimo.

Gratiam Felicitatem 6 Annos!



Xcell. Tuæ, Vestrisq; (*Patroni maxi-
mi*) Nobilissimis Amplissimisq; Nomi-
nibus, Exercitium hocce Academi-
cum, submissa mente Inscribere, Ge-
nerosa illa Virtus vestra, qua non de Seculo solum,
sed maxime de ipsa Re Literaria, bene omnino me-
remini, non tam suavit, quam Imperavit profus.
Dum enim de Inclyta illa tam Viræ quam Morum
Imperatrice, Sacratissima VIRTUTE, utpote Summo
hujus vitæ Bono (*quod Ambitiose à quamplurimis
suspici, à paucis feliciter attingi, quotidiana docet
Experientia*) Stylo ut ut macro & nescio quam Im-
maturitatem redolente, scribere aggredior, Cui
potius quam *Excell. Tua*, Juvenilis hæc Indolis Pri-
mitias Consecrare potuissem? cui magis debuissè?
Nemini certe! quippe cum Illustris illa, per Ge-
nerosum *Excell. Tua* Pectus diffusa VIRTUS, *Excellen-
tiam Tuam*, supra communem Hominum sortem, in
id evexerit fastigij, ex quo Fortunam & quicquid ab
hujus volubilitate pender, Generose (ut fieri vide-
mus) despiceret Contemneretq; Infra se Cernens
quicquid Homines aut timent multum aut æstimât,

Bonum suum malumve opinione metientes. Exiguum quidem fateor, Molemque si Consideres, *Excell. Tuæ* dignitati valde Impar munusculum, quippe cum Dissertatio hæc mea, nullo Latcivientis styli acumine prægnans, nulla Oratorij Decoris Majestate fulgens, nullo denique luxuriantis Eloquentiæ (*quod hodie pro seculo habetur*) Syrmate tumida, sed simplici saltem Icriptionis consignata Characterè, & (*prout à Juvenili, minusquè ad matura Indole Proficisci potuit*) levissima quasi verborum cincta Epidermide. Quicquid tamen fuerit, *Tuæ* id totum *Excellentiæ*, *Vestrisque*; (*Patroni*) Nobilissimis, Amplissimisque nominibus Sacrum Dicatumque esse, Religioso affectu devotissimaque mente totus discupio, qui me *Avitæ Vestræ* *VIRTUTI* (*Cujus radios non sine Admiratione in Rem literariam uberrime derivatos, magis magisque deprehendimus*) Officiosissime involvens, ex Tenore debiti mei, quoad Spiritum per Inanem hancce Auram ducere licuerit, obsequioso affectu sum maneoque;

Excell. Tuæ

W. W. Nob. Amplitudinumque;

*Dab. e Museo decimo-
quarto Cal. Martij,
Currentis Anni
MDCLXXX.*

Observantissimus cultor
Devotissimusque servitor
OLAUS WEXIONIUS.

Splendidis Natalibus, Eruditione & Venuustate Morum.

Pereximio JUVENI

DN. OLAO O. WEXONIO,

Regio in hac Academia Stipendiario Perindustrio,
Dissertationis hujus de *S. Bono* Auctori & defensori solertissimo,
Amico, Affini & Commilitoni singulariter dilecto;

Diversis diversa placent vixque omnibus una.
Mens constans: quanam Vita Beata fiet.
*Puncta voluptatua sunt huic gratissima, nec non
Deliciis saltem luxuriare novis:*
Hunc sitis urget Opum, Nummorumque sænora multa
Mille quibus possit multiplicare modis:
Anxius ille volens augescere Honoribus, orbem
Ut solus titulis impleat iste cupit.
Improbus est labor iste Viri, meliore relicto,
Desiderant potius deteriora sequi,
Namque ubi non Virtus fundum facit incluta, totus
Conatus certè perniciosus erit.
Tu meliora sapis nostri Spes certa Lycæi,
Quod studio servas commodiora tibi,
Est ea Summa Boni Tibi Gloria grata, perenne
Virtutis Studium qua comitatur. Ego
Ausibus his gratorque Te Sobolescere verè
In Patrios usus hac probitate, scio;
Macte, Tuis Studiis Divina Potentia rectis
Adspirez, Pallas digna Bræbaa feret!

Benevolo affectu licet pluribus
impeditior Scriptis

JOH. FLACHSENIUS,
Mathem. Profess. Ord.
& Acad. h. t. Rector.

Bonum suum malumve opinione metientes. Exiguum quidem fateor, Molemque si Consideres, *Excell. Tuæ* dignitati valde Impar munusculum, quippe cum Dissertatio hæc mea, nullo Laici-entis styli acumine prægnans, nulla Oratorij Decoris Majestate fulgens, nullo denique luxuriantis Eloquentiæ (*quod hodie pro seculo habetur*) Syrmate tumida, sed simplici saltem Icriptionis consignata Characterè, & (*prout à Iuvenili, minusquè ad huc matura Indole Proficisci potuit*) levissima quasi verborum cincta Epidermide. Quicquid tamen fuerit, *Tuæ* id totum *Excellentia*, Vestrisque; (*Patroni*) Nobilissimis, Amplissimisque; nominibus Sacrum Dicatumque; esse, Religioso affectu devotissimaque; mente totus discupio, qui me *Avitæ Vestrae VIRTUTI* (*Cujus radios non sine Admiratione in Rem literariam uberrime derivatos, magis magisque deprehendimus*) Officiosissime involvens, ex Tenore debiti mei, quoad Spiritum per Inanem hancce Auram ducere licuerit, obsequioso affectu sum maneoque;

Excell. Tuæ

W. W. Nob. Amplitudinumque;

*Dab. e Museo decimo-
quarto Cal. Martij,
Currentis Anni
MDCLXXX.*

Observantissimus cultor
Devotissimusque servitor
OLAUS WEXIONIUS.

Splendidis Natalibus. Eruditione & Venustate Morum.

Pereximio JUVENI

DN. OLAO O. WEXONIO,

Regio in hac Academia Stipendiario Perindustrio,
Dissertationis hujus de *S. Bono* Auctori & defensori solertissimo,
Amico, Affini & Commilitoni singulariter dilecto;

Diversis diversa placent vixque omnibus una.
Mens constans: quam Vita Beata fiet.
Puncta voluptatum sunt huic gratissima, nec non
Deliciis saltem luxuriare novis:
Hunc sitis urget Opum, Nummorumque fenora multa
Mille quibus possit multiplicare modis:
Anxius ille volens augescere Honoribus, orbem
Ut solus titulis impleat iste cupit.
Improbus est labor iste Viris, meliore relicto,
Desiderant potius deteriora sequi,
Namque ubi non Virtus fundum facit incluta, totus
Conatus certè perniciosus erit.
Tu meliora sapi nostri Spes certa Lycæi,
Quod studio servas commodiora tibi,
Est ea Summa Boni Tibi Gloria grata, perenne
Virtutis Studium qua comitatur. Ego
Ausibus huic gratorque Te Sobolescere verè
In Patrios usus hac probitate, scio;
Macte, Tuus Studiis Divina Potentia rectis
Adspiret, Pallas digna Brabaa feret!

Benevolo affectu licet pluribus
impeditior Scripsit

JOH. FLACHSENIUS,
Mathem. Profess. Ord.
& Acad. h. r. Rector.

Præclara Indolis, Magnæque Expectationis JUVENI,
DN. OLAO WEXIONIQ, Clari Parentis Filio haud
degeneri, Amico sincere dilecto, de S. BONO
Erudite differenti.

ENthea vis Animi Mundi ludibria spernit
WEXIONI, *Summum* quærit at usq; *Bonum.*
Quod facis egregie, Testes doctissima verba,
Queis animi sensus fundis & Arte pios.
Succedat porro, Prælustres provehat ausus,
Ipse IHOVA Tuos, Candide OLAB Vale!

Ita paucis, ex animo tui. grat.

AXELIUS KEMPE L.L.P.P. & Ord.

IN IUVENEM

Morum comitate & Politiori Ingenij culturâ

Exornatissimum.

DN. OLAUM WEXIONIUM, Patricium Aboënsis, Amicum
perdilectum: de *Summo Bono* feliciter disputantem.

Ἐπίγραμμα:

Creditur, argenti qui manè rigaverit undâ
Lumina, per totum bellè videre diem.
Aonios teneris placidè deductus ad amnes
Annis, & visum, labra manusq; lauat.
Ingenijq; simul Nebulas dispellit opacas,
Phæbeis fugiens Vicia micat radijs!
Crede, Tibi dictum WEXIONI, turba Sororum
Quod memorant verè dulcicanensq; chorus!
Vitam imitate Patris pervolvit Iustinianum;
Fortè places niteas Arte Machaoniâ.
Quicquid eris! *Summum faustè quod differis esse,*
Adprecor obveniat, sed sine fine, Bonum!

L. Mq;

ELIAS Th. Landz
Med. Doct. & Prof.

Liberalium Artium indefesso Cultori

Pereximio

DN. OLAO LAI WEXONIO,

Consanguineo meo Exoptatissimo,

De

Summo Bono sobriè & Eleganter differenti

S: P: P,

Nemo adhuc ita sine Sensu, sine Ratione, in Vitam hanc prodijt,
WEXIONI, quin aliquid appeteret, alicui studeret, Naturæ
que suæ vel comitaretur impetum, vel Majorum suorum In-
stituta tandem arripset; quæ, ut apud varios Homines, diversa
admodum sunt, & quandoque contraria, ita non eadem omnibus
honestâ atque turpia videntur. Hanc opinionum litem, disputati-
one quam de Summo Bono inscribis, non minus provide quam
eleganter dirimis, simulque Animo tuo quantum modestiæ insti, In-
genio Acuminis & venustatis denique stylo contineas (in hac ju-
venili tua ætate) abunde satis demonstras; quo, ita te ad honesta-
tem erectum, ac in studijs assiduum, videant Præceptores, Com-
militones vero tui, quod imitari vel æmulari possint, habeant; In-
ter bonos enim citra invidiam, sine suffamine, sobriè Philoso-
phari & proficere licere, arbitror. Egregios itaq; illos, cum Co-
natus tum Profectus, qui alijs omen esse possunt, tibi verò ad ma-
jorem spem capescendam incentivum erunt, ex animo tibi gratu-
lor, mihi etiam, de Consanguineo & Convictore talia edente speci-
mina, gaudeo: Sospiter tantum porro te Deus, precor, protegatq;
& Indolem illam, quam eximiam tibi dedit, perennem etiam esse
jubeat! quo Patriæ commodo, Ecclesiæ ædificationi, Tibi, Tuisq;
Decorî atq; solatio diutissime vivere queas! quod tanto calidiore
corde exopto, quanto arctius, nascendi fors, nec dispar admo-
dum ætas, diuturnusq; convictus nos junxit; & si quæ hactenus
tibi præstare potui officia, in posterum pariter, Deo favente, eadem
ultra offero, Vale!

SAMUEL Gyllenstâlpe.

Pereximio & Ornatissimo Viro-JUVENI
DN. OLAO WEXIONIO,
Solide & Ingeniose de Summo Bono disputanti,
Amico perdilecto :

Quid quereris tua fata diu, qua luxibus instas
Gens Epicureo subdita caca jugo?
Vana rogas etenim, voci non panditur aether,
Quo feriat limen Pallados aut Themidos:
Luxuriam nam saepe tuam procut ad Garamantas
Legarunt, Libykos qua meat annus agros.
Hinc & Aristippus de dogmate deflet & ingens
Stoa suas mussat voce dolente vices.
Solus Aristoteles plausu hoc aliquando superbit,
Virtutem posuit qui omnibus ante alia.
Hunc Themis & Pallas laudant, sua quaque revolvens;
Iustitiamque Themis, Pallas at ingenium,
Quid? dubiam docto facis hoc problemate palmam
Quod licet ille prius, serius ipse doces.
Nutibus inde Dea blandis Tua dona recensent,
Ingenio praestat, hac ait, illa, fide.
Pauca loquor: Menti crescat vigor atque medullis,
Ocuis ut palma hac, quam facis hic dubiam,
Te maneat! Nota tangant pia sidera voces
Et cum successu Calica templa petant!

Scriptit in Honorem
& officium

AND. WANOCHIUS
Acad. Ab. Secret. & Adj.



LECTORI BENEVOLO SALUTEM!



Daucis mihi in frontispicio Disputa-
tionis hujus submonendus videris, Bene-
vole Lector, quo tibi Intentio mea ipsaq;
scribendi occasio facilius innotescant. Dum
enim atatis studiorumque id jam exigente
ratione, de specimine aliquo Publicè ex-
hibendo, mecum non ita pridem cogitarem,
maximè occurrebat Nobilis illa arduaq;
de Summo Bono Materia, Circa cujus Perpetuam Investiga-
tionem, cum Innumera Maximorum Virorum, non tamen aequè se-
liciter, desudarint Consenserintque Ingenia, adeo quidem ut in
tantà Copiâ paucis, ipsum in Profundo latitantem nucleum, attingere
contigerit atque degustare; non abs re meâ fore arbitratus
sum, si praecipua eorum, quae in lectione quorundam, difficultatem
Animo scrupulumq; duntaxat causare visa sunt, ad Compendium
(prout factum vides) simplici quidem Descriptionis caractere redacta
in Publicum producerem, Tuaeque quisquâ eris, Ingeniose Lector,
Candidiori Censura modestè submitterem. Ubi quidem hoc impri-
mis praemonitum volo, me non luxuriantis Animi sive fastu sive lasci-
viâ (ut quorundam Genius est) Speciosas hic ambitiosè nugas vendere
aut sesquipedalia, ut appellant, verba, quippe qui (Ingenuè loquor)
ab hac lue & Ingenio & Naturâ abhorreo; sed hoc Unicè
intenderè hoc agerè, ut Materia hujus accuratiori ventilationè,
Animum Scrupulo, quem dixi, liberem, mentisq; hac in partè In-
dagini satisfaciam. Quin & hoc scias velim, Benevole Le-
ctor, Instituti mei non esse, novi quid hâc in parte aut ab alijs
A
qui

qui supra Infantiam meam multum sapiant, diversi arroganter vel-
le statuere; sed fateor libenter, me hic, per omnia firmè, Pra-
clarissimorum Ingeniorum (quibus multum omnino debeo) & quis-
dem Consulto, pressisse vestigia. Quod si autem in labyrintho
hocè, inter tot in diversa abeuntium varias sententias, inter tot
Opinionum divorcia, in argumento itidem tam gravi, tamque
sublimi, quod pro dispari studio in diversis diverse quarimus,
Circæ quod etiam obscurè Miseri (non secus ac Insecta ad lucem)
imo ineptè prorsus hallucinamur; si inquam! Humani quid tibi
passus videbor Benevole Lector, id Te, qui altius fortè sapis, non
offendet ut spero, quin potius si ad Superiora respexeris, Ve-
niam mihi Ulro dabis. Brevitati quidem me hic, quoad in
Uberrima hac segete fieri posuit, studuisse omnino fateor, ne tadium
fortè Lecturo nauseamque Indignè Causaret nimia prolixitas, quam
etiam Veneranda antiquitati Odiosam fuisse me non latet; Laudata
quippè Veteribus fuere parva Phidixæ sigilla, Vascula Mentoris,
Formica Eburnea Callichratis, Navis & Auriga Myrmecidis,
quarum hanc cum auriga alis suis musca intigebat, illam Api-
cula Pennis abscondebat. Sed nolo Te diutius in aditu hic vesti-
buloz morari, qui scias in Ianuis loqui nefas olim fuisse. Tua
erit modestia quisquis es Curiosè Lector, hoc quaecunque Ingenij
specimen Candidè (prout Ingenuè tibi omnino exhibetur) huma-
niterque interpretari. Quod à Te fieri si Intellexero, jam qui-
dem voto meo hac in parte satisfactum reputabo; Imo dabitur
mihi ansa, graviora forsàn, & qua lucunditatis non minus quam
Utilitatis nomine delectabunt, in posterum (Divinà Clementer ad-
spirante gratià) tecum Communicandi; Vale Benevole Lector, Sum-
miq; Boni Contemplationi unicè intentus, sic Vale, ut Vivas! sic
Vive ut Valeas! Dabam E. Musao Calenti Calamo, ipsis Idibus
February, Recuperata Salutis Anno M. DC LXXX.

C. B. D.

C. B. D.



DISPUTATIONEM de Summo Bono
aggressuris, in primo se statim limi-
ne considerandas sistunt duæ hæ-
cum primis prænotiones. I. ma qui-
dem, An detur aliquod Summum,
hujusmodi ac nos quærimus Bonum? & secunda
si datur, quid sit, quod nomine hoc Summi Boni
venire debeat? hoc enim pacto nisi viam nobis
straverimus, non adeo forsàn in Offenso pede in
reliquo opere progrediemur. Obstacle nobis
obicemq; in primo statim aditu præbere videntur,
præter innumera Scripturæ Testimonia in-
constantiam fragilitatemque Humanam Copiosè
exaggerantia, ipsa Poëtarum scripta, quæ passim
referta sunt querelis atque lamentationibus, de
Humanâ Miseriâ, adeo gravibus, ut non tam ver-
bis, quàm singultibus lachrymisq; de vitâ nostrâ
loqui videantur. Quibus præterea infinitæ in-
numerorum, eandem ingeminantium Palinodiam,
accedunt voces, quas Prolixè hic coacervare in-
stituti jam non est nostri, cum id Ambitosum
foret magis quam difficile. Verum tamen est,
inter hæc quam plurima Sapientissimorum et-
iam Philosophorum idem prorsus loquentia pas-
sim occurrere Effata, utpote notum illud Solo-
nis, quod Croëso Blandientis jam fortunæ lenoci-
nijs Corrupto, atque supra modum tumido suggest-
sit, Neminem videlicet ante suprema funera meritò censeri
posse Beatum. A quo nec procul abludit Socrates,
cum in sola veri cognitione sitam esse asserit Ho-

Duo præco-
gnita: An sit
summum Bo-
num? Et
quid sit?

Eccle. 40. v. 14
2. 3. 4. 5.
Job. 14. v. 1. 2.
Joh. 16. v. 20.
Heb. 13. v. 14.
Rom. 8. v. 22.
23. & c.
Conf. Ho-
merum Odyf-
sea 3. pag. 61.
Od. 12. p. 37.
Item Od. 19.
pag. 59.
Nec non Pindarum, Me-
nandrum,
Euripidem,
Simonidem
in Introitu
ad Sententias
suas, aliosq;

Philosopho-
rum de Mife-
ria Humanâ
querimoniz,
Vid. Herod.
1. 1. p. m. 36.
& Plut. p. 93.
lit. c.
Plat. in Phæ-
don. 4. p. 494
& 495.

A 2

minis

Lib. 10. Eth.
c. 7. lib. 1.
Metaph. c. 2.
lib. 1. Eth. Ni-
com. cap. 8.
text. 74.

minis felicitatē, illam autem vel nunquam nobis obtingere, vel tum demum ubi ex hāc vitā excesserimus. Quod si autem ad ipsum illum Philosophorum Principem Aristotelem recurrere placuerit, & ille idem haud obscurē innuere visus est, dum Contemplativum illud Bonum, soli Numini tribuit; De Activo verò illo, quod huic proximum facit, cum id Bonis fortunæ (ut ipse fatetur) carere non possit, adeoque firmum perpetuumque non permaneat, dubitare cum liceat, num Summi Boni Titulo venire queat? meritò ambigitur, num hāc ratione Felicitas aliquā hīc Inveniri atque Constitui possit? Addere Philosophis lubet ipsos Humanarum rerum Principes, qui cum jam Semi-Dij Imperiumq; sibi cum Jove divisisse viderentur, nihil tandem invenerunt, in quo placidè quiescerent, sed vacationem à Republicā quietemque sibi non desierant apprecari. Inspice Octavij Augusti, Ciceronis, aliorumq; passim occurrentia Exempla, & Videbis optimè quadrare Simonidis illud, *Sic nihil malorum in Vitā abest, sed Infinita mortalium fortes & ineffabiles calamitates dam-*
nae sunt. Hisce jam omnibus quotidianam si adjunxeris Experientiam, utpotè certissimum de Miseriā, quæ Humanum Genus indies quodam quasi turbinè versat, Testimonium, Certè difficile videtur explicatu, num quid Felicitatis cum tantā consistere possit Infelicitatē, nam ut Tragicus dicit: *Quos felices Cynthia Vidit, Vidit Miseros Abitura dies.* Adeoq; non deerit fortè Delicatus aliquis infensusque æstimator, qui modò recensitis rationibus persuasus, Conatus nostros præpostero Judicio iride-

Regum atq;
Principum,
Dii vocantur.
Pl. 82. v. 1.
& 6. Salom.
Eccl. cap. 1.
v. 12. & seqq.
Senec. de Bre-
vit. Vitæ c. 5.

Quotidianam
Experientiam.

rideat, Aureumque nos hic duntaxat somniare piscem, aut Chimeram ridiculè venari, indignè cavillettur. Cum autem Instituti nostri ratio compendium omnino hāc vicē svadeat, Argumenta itidem, quibus omnem prorsus ex hāc vitā tollerē conantur Felicitatem jejunæ nimis istius sententiæ Patroni, copiosè satis recensuerit, nervoseque identidem refutarit ac debellaverit Nobiliss: Dominus Michael Gylldenstolpe/ Patruus meus devotā recordatione semper etiam post fatā maximè honorandus In Collegio Ethico (ad quod te etiam hac vice, *Curiose Lector,* remittimus) nullam nobis hęc jam remoram iniicient, quin aspirantē Altissimò tutò Vela laxare audeamus, propositumque ex voto urgere, habitā interea adamatæ semper brevitatis decenti ratione. Sit itaque

THESIS I.

Datur omnino summus actionum Humanarum finis: Quemadmodum enim Natura per se nihil facit frustra sed in omni actionē ad metam semper terminumque collimat, ita nescio num, quis adeo inveniatur stolidus stupidusque ut aliquid sine præfixo aggrediatur scopo, cum & Infantes, qui iam nuper fari incipiunt, si quid agant quæsieris, certè monstrabunt tibi, se nihil frustra & sine proposito sine auspiciari. Iam si in Actione quâlibet datur Finis, prout dari omnino constat, dabitur certè & ultimus finis, in quo Civilis hęc Beatitudo, Summaq; Felicitas collocanda erit, nē hujus vicissim sine posito ac illius, sic tandem in infinitum procedatur, unde iam Appetitum nobis planè frustranenum contigisse absurdè nimis indu-

Omnis Actio
propter finem,

Datur finis
omnino Ultimus,

Summum
absolute &
simpliciter
Bonum quid-
dem non da-
tur in hac
vita ;
Causa est la-
pius Proto-
platorum :

induceretur, quod statuere esset impiissimum. Fa-
tendum quidem est Felicitatem absolutam & Sum-
mum simpliciter Bonum, Homini in hac vita obtin-
gere omnino non posse, ob miserè prob dolor !
Protoplastorum culpâ deperditam Divinam Ima-
ginem, cujus quidem irreparabilis amissio & In-
tellectum & Voluntatem ita obfuscavit, ut ille quid
facto sit opus, in Divinis præcipue, non per omnia
intelligat ; Hæc rectè præcipienti ut plurimum
refragetur, carnis vitio ita corrupta, cui rarò o-
mnes rebellionis fibras evelles. Quod Animi qui-
dem malum, corporis insuper fragilitas poenæ
locò, Bonorumque inconstantia insecuta sunt: quæ
quamvis miserum Hominem reddere non possint,
obfuscant tamen Felicitatem ac impediunt, non
secus ac Nubes, quæ Solem non tollere quidem,
sed abscondere tantum possunt. Hæc utcumque
sint, rationes tamen dantur plurimæ, imo firmissi-
mæ, quibus omnino dari summum Civile Bonum certò
adstruere possumus. Lubet autem non nullas hic,
easque præcipuas, pro sententiæ nostræ affirma-
tivâ in medium proferre, prout easdem observare
contigit ex ijs, quæ non ita pridem in Publicis
suis Prælectionibus circa hanc Materiam, ut copiosè
ita Ingeniosissimè juventuti inculcavit, Nob: DN.
Samuel Gnildenstolpe/Consanguineus, Præceptor
& nutritus meus ætatè Honoratissimus; quæ, ut spe-
ro, omnem hæc in partè scrupulum, si Ingenuè expli-
centur, facile removebunt. Primò igitur Thesis nos-
tram asserimus, à Causâ Universali Deo, qui ut fons
est omnis Boni, ita etiam Civilis, qui autem omnia
ponit, is nihil Excludit. 2. à Causâ speciali, tum

Re:

Remota, Intellectu nempe & Voluntate: Cum enim
illi adhuc insint aliquot scintillæ Imaginis Divinæ,
maneatque etiam post lapsum aliqua, tam Crea-
turarum quam Creatoris, in Nobis cognitio, ut ut
imperfectâ & Difficilis, ipsumque sit opus legis
moralis Cordibus etiam Gentilium inscriptum,
ut docet Apostolus, discernere quidem potest quod
Bonum est; Voluntas verò ad id appetendum na-
turâ suâ cum propendeat, necessarium est Sum-
mum aliquod Bonum esse, in quo appetitus iste
terminetur atque quiescat. Tum Proximâ, Virtu-
tibus nempe quibus Summum Bonum nobis ac-
quirimus, quæ de cœtero nihili essent. 3. à Sub-
jecto, Animâ Rationali, quæ Homini data est in
Bonum, ut id efficiat atque conservet. 4. ab Ab-
surdo, nisi n. daretur summum Bonum, processus
fieret in infinitum, à quo abhorret naturâ. 5. à mi-
nori ad Maius; si enim illud inest, quod minus
inesse videtur, utique illud inerit, quod magis in-
esse videtur. Si appetitus Naturalis, Animalis &
Sensualis, certum habent scopum, in quo tanquam
fine ultimo quiescunt, quanto magis Appetitus
Rationalis, qui Homini solum inest, 6. ab Adver-
sis, posito enim Uno adversorum ponitur & alte-
rum, atqui summum Malum dari nemo adhuc
negavit, Ergo dabitur & S. B. quod illi opponitur.
Possent hic quam plurimæ ex superabundanti pro
Existentiâ S. Boni enumerari rationes; Utpotè, ab
ejusdem adjuncta Cognoscibilitate, Adjunctis cum
Internis tum externis; à Fructu, Testimonijs tum
Sacris tum Profanis; ab Exemplis itidem, non
minus sacris quam Profanis: Cum tamen vel Uni-
ca

Epist. ad Rom
man. cap. 2.
v. 14. & 15.

ca supra allatarum pro Quæstionis determinati-
one sufficiat, nos Instituti memores, de Ulteriori
Argumentorum Coacervatione hîc anxie non
laborabimus; sed ex dictis Confidenter iam con-
cludimus, Dari omnino Felicitatem in hâc Vitâ
Summam, ultimumque finem, ad quem omnia
nostra tendunt votâ, In cujus etiam fruitione Ap-
petitus noster placide quiescit. Ubi tamen (quod
& suprâ monuimus) notandum erit, Nos hîc de
absolutâ illâ simpliciterque dictâ Beatitudine quæ
Electos Christi manet, impræsentiarum non age-
re, cum amissa illâ olim Integritas, non nisi post
hanc demum vitam in statu Gloriæ perfectè Instau-
retur. Ut res distinctè & citra negotium Conster,
Iuvabit ex supra nominato Nob. DN. D. Gnylden,
stolpe B. M. obiter notassè, Hominem in statu
hoccè Peccati, vel respectu Corporis, quod cor-
ruptibile, vel respectu Animæ, quæ Immortalis est,
Considerari; Felicitatemque ac Beatitudinem,
aliam esse Divinam, Coelestem, Spiritualem ac
Theologicam, de quâ Joh. 17. v. 3. quam Dei frui-
tionem Scaliger vocat, & aliam Humanam, Mor-
talem seu Civilem, quæ Industriâ atque Humanis
Viribus acquiritur; Illam quidem hîc non nisi in
spè habemus, ut sentit Apostolus Rom. 8. v. 24: Po-
sterior hæc etiam in hac Vitâ obtineri potest. Lice-
bit & hoc ex occasione breviter observare: Sum-
mam illam hujus vitæ Miseriam Relativè dici, & in
Collationè ad omnimodam illam æternamque
Beatitudinem; quod omnino videtur limitati-
onè restringendum, nè in sanam temere Impin-
gamus Philosophiam. Et certè miror quorundam

Joh. cap. 17.
v. 3.

Rom. 8. v. 24.

in

7
in propugnandâ Contrariâ sententiâ promptitu-
dinem, cum res Meridiano Solè clarior sit; Pate-
bit autem ad oculum ex sequenti Inductione:
Quemadmodum in Rationis processu, Principium
est id quod naturaliter Cognoscitur, Itâ in processu
Naturalis Appetitus, oportet esse aliquod Princi-
pium seu primum, quod naturaliter desideretur;
Illud autem necessum est Unum esse, Naturâ e-
nim non tendit nisi in unum; Nisi autem Primum
illud, quod appetitur Unum esset, Frustraneus
planè erit appetitus noster, nihil enim habebit, in
quo placidè quiescere, suumque terminare possit
desiderium: atqui hîc jam frustra esse non potest,
quia naturalis est, & à Naturâ ejusque Authore
nobis inditus, jam Ergo Conclusio nobis ex voto
ultrò Patrociniabitur. Quod enim præternatu-
rales atque adscititij Appetitus, frustranei ut
plurimum esse possint atque inepti, nihil nos
mover,

Fundamentu
Theos.

THESIS II.

EVicto jam ostensoque Felicitatem in hâc Civili
Vitâ omnino dari, Videndum jam breviter quid
sit, quod Felicitatis hîc Summæque Boni Nominè
venire debeat? Illud Videlicet, ad quod Appetitus
noster in Civili hâc Vita primariò tendit, ad quod
etiam omnia nostra studia Votaque tanquam ulti-
mum scopum terminumq; unicè Collimant; Ter-
minus autè hîc quis est? Ipsa Felicitas, ipsa Beatitudo!
Quarimus enim, ut Verbis utar M. T. Ciceronis, quid-
nam sit extremum? Quid Ultimum? Quo sint
omnia Benè vivendi, rectèque faciendi Consilia
re-

Quid felici-
tatis Titulo
venire des-
beat.

Cicero lib. 1.
de finibus.

B

referenda, quid sequatur Natura, ut Summum in
Rebus expetendis? Quid fugiat ut extremum Ma-
lorum? Quæritur inquam hoc? quatenus talè ali-
quid in morali hac Vitâ obtineri, eamque juvare
potest; Hinc argumentor, quicquid expetitur ma-
ximè, Illud omnino est Perfectissimum; Felicitas
expetitur maximè, Ergo. Quâ autem in Re po-
tissimum consistat Felicitas ista, & ubi quærenda,
inter omnes non usque adeo convenit. Cum n.
Varia sint, quæ sectamur Vitæ genera, & sua quem-
que utajunt, voluptas trahat; hinc pro diverso
Vivendi Instituto, Variæ etiâ Hominum sunt
de Summo Bono opiniones atque sententiæ. Ut
autem multa paucis complectamur, Tria quidem
præcipuè sunt, ex Philosophi sententia, Vitæ ge-
nera, quæ in Comuni Vitâ ut plurimum sequi-
mur: id videlicet quod Vulgus colit, Civile, &
Contemplationi deditum, pro quorum dispari-
tatione, Summi Boni Fruitionem dulcedinemque
inæqualiter concipimus. Vulgus quidem & qui
nil supra Vulgus Sapiunt, in Voluptatè, Corpo-
risque Saginâ S. B. collocant, quod etsi Beluis ma-
gis (quippè quibus laxior Contigit Venter) con-
veniat, Commendari tamen hoc nominè solet,
quod magnæ duntaxat æstimationis Homines,
Summaque in Dignitatè constituti, melius sæpè
non sapiant, quos Vulgus ut Vitæ morumque
Exempla, meritò imitatur. Et quid dicam? fuerunt
ex Philosophis (nil minus) nonnulli, quos Impi-
am hanc non puduit defendere, imo strenuè
propugnare Sententiam. Quorum quidem pri-
mum

In quo Con-
sistat felici-
tas Civilis.

Triplex Ho-
minu genus,
Arist. lib. 1,
Eth. cap. 5.

Vulgus.
In voluptate
corporis non
Consistit felici-
tas Civilis.

num Principemque fuisse Aristippum Cyrenai-
cum habemus ex Cicerone Tusculanarum: 2. qui disertè
ac Ingenuè profitebatur, Voluptatem Summum
Bonum esse, & dolorem maximum Malum; hoc
ipso intelligendo, Voluptatem Corporalem, Fe-
licissimam Beatissimamque Vitam esse. Hunc
deinde insecutus est Hieronymus Rhodius om-
nesque Cyrenaci; Nec non ex Eleaticâ disciplinâ
Metrodorus atque Epicurus; ex quibus, Postero-
rem hunc & dictis & factis Bestialem Voluptua-
riamque, non sinè delectationè Animique Tran-
quillitatè, peregrisse Vitam, multorum Constans
est opinio. Quem Ego Certè, ipso Sardanapalo
eo nominè deteriore æstimaverim, quod sub
speciè Sapientiæ Insanam suam Impietatem ven-
ditare, palamque Profiteri, non erubesceret. Pul-
chra mehercule! meo quidem iudicio Bestiâ, cujus
omnis & Doctrina, pariter ac Vita (ut pote Hu-
mano generi perniciosissima) funesto quodam
Exorcismo, in intimum damnari meretur Infer-
num. Et cum Inepta non minus quàm Blasphè-
ma horum sententia, Absurditatem suam spontè
prodat, non est quod hic de Ulteriori ejusdem
refutationè solliciti simus. Qui vero Generosi
sunt Animi (Civiles superius nominavimus)
nec tam ad mollem ac delicatam Vitam, quàm
res in Republicâ gerendas se Componunt (Aristot.
Vocat Practicos, & Politicum Hominum genus) se-
cundam nobis Classem constituunt; & Hi quidem
Felicitatem plerumque vel in Honorè, vel Divitijs
collocant; qui quamvis cum Vulgo & Voluptua-
riâ

Civiles.
Neque
in Honorè
aut divitijs
Grâ est;

Conf. Arist.
lib. I. Eth. Nichomach. c. 5.

Conf. Fasc.
Contr. Eth.
P. M. D. Gyl.
denstolpes:
Eruditj.
Nec in Contem-
platione
aut scientiâ
Colloanda
venit.

Idea Platon.
na.

riâ illâ Imbellique turbâ conferendi non sint, tamen & ipsi errant, dum vel in Divitijs, vel Honorè Felicitatem ponunt, quippe & Opes & Honor & Potestas Civilis momentaneæ sunt res & Arbitrariz, Fortunæ ac Vicissitudinibus obnoxiz; Ubi tamen contra, Felicitas in ejusmodi aliquâ rē ponenda Videtur, quæ tantò hisce sit Excellentior, quantò Animus ipsi præstat Corpori, *tale videlicet quid, in quo Appetitus Tuus quiescere gaudeat, quod est Vitam Tuam levare atque juvare possit.* Transeo hic lubens *Æschyli, Pindari, Zenonis, Anacharsidis, Stilponis, Simonidis, Archita, Gorgia, Crisippi, Heracliti &c.* (quorum prolixum Vide Catalogum Horolog: Principum lib. I. Cap: 40.) ineptas ridiculasque de Summo Bono Opiniones, Irrisionè magis atq; Commiseratione quam refutatione dignas. Succedit jam tertium Hominum Genus, eorum Videlicet, qui Contemplationi dediti, rerum Cognitionem ac Scientiam reliquis anteponunt. Atque ita sufficiat breviter Insigniores illas, quæ circa hanc rem Celebrantur, Opiniones hactenus recensuisse; Nunc priusquam Manum, ut ajunt de Tabula removerimus, nostramque hâc in parte protulerimus Sententiam, paucis de Ideâ Boni Platonis, in quâ illè Vitæ Felicitatem collocasse videtur, differere placet; Breviter tamen nè Compendij leges temerè transgrediamur. Quid per Ideas intelligat, explicant fusè, Franciscus Philelphus Lib. I. Philosoph. Moralis, & Franciscus Piccolomineus Grad: 9. cap. 24. quos hâc de re, si placuerit, Consule Curiose lector! hoc saltem obi-

obiter notatum volumus, eum non in quavis illarum Summum Constituere Bonum, sed in Ipsius tantum Boni Ideâ. (Aristotelem hâc de re prolixè disputantem, sententiamque Platonis impugnantem, Vid: Lib. I Eth. Nichomach. Cap: 6. & I. Magn. Moralium cap. I.) sed nos in præsens brevitatis habitâ ratione ista missa facimus. Quod si autem Plato per Ideam istam Boni (ut Voluit Philelphus alijsque Platonici) solummodo Intellexerit Ipsum DEum Ter - optimum Maximum, quem quidem Ideam Boni appellare voluit, quod ab hoc Uno omnia profluere Bona, hunc & omnia, velut Archetypum, unice referre, Imitari atque æmulari videret; fatemur certè libenter, eum omnino Piè atque benè hâc in parte sentiisse: Interim tamen dicimus, neque hâc Summum illud, quod jam quærimus, constitui posse Bonum, cum nobis in præsens de Civili Bono solummodo res sit, de tali videlicet, quod pro Actionum Civilium, non verò Contemplationis, Ultimo fine agnoscimus. Fieri enim potest, ut qui Contemplationi Ideæ hujus seu Boni deditus est, pravè tamen, Civiliter loquendo, Vivat, unde differentia, inter Contemplativum illud Platonis, & Civile, quod hic investigamus, Bonum, facile patet; ubi tamen ultro largimur, Unum sine altero commodè subsistere non posse. Si proinde Ingenue Platonem sobrièq; Interpretari voluerimus, facilimè ejusdem sententia de Summo Bono, cum Aristotelicâ illâ, conciliabitur. Ultimo & hoc monere lubet, Dum Voluptatem, ut superius dictum, ex foro Felicitatis sublaram

Quin nec in
Idea Cons
titui potest,

Vid. Augustin
8. de Civ
vit Dei. cap. 9.
It. Clem. A
lexandr. lib.
2. Stromat.

volumus, nos non aliam, quam turpem illam Corporalemq; Intelligere Voluptatem, ad quam corrupta nos Caro, refragante quamvis ratione, Invitat præcipitatq;. *Anima enim illam voluptatem, ut summa Felicitatis sive filiam sive sociam, totâ mente expetimus atq; amplectimur.*

THESIS III.

Vidimus iam quid non sit Summum Bonum, nunc paucis quid illud proprie tandem sit, discernendum. Est autem, id quod hic quærimus, Summum Bonum, & quidem hominis; si autem Summum, utiq; & Perfectissimum erit sibi que sufficiens, ita quidem, ut si illud adfuerit, porro nihil desiderari possit. Diximus præterea Homini esse; quod si ita, Proprium ipsi omnino erit sedem habere in re tali, quæ Homini competit, quatenus Homo est: Cum enim Perfectio omnium rerum consistat in aliquo munere, quod Naturæ ejus proprium est, sic fieri non potest, quin etiam Homini Perfectio in ejusmodi aliqua functione sita sit, quæ ipsi soli unice quatenus Homo, competit. Egregie hoc docent Plato & ipse Aristoteles, ad quos hæc in parte, B. L. remittimus. Iam v. functio ista non potest nisi Animæ quædam perfectio esse, non Viventis quidem, cujus beneficio Homo vivit tantum; ista enim potentia est etiam in Plantis; quin nec Sentientis, quatenus talis est; hæc enim ipsi cum Brutis communis est; remanet ergo Ultimâ scilicet Rationalis: hæc solum facultas Homini est propria, eumque

Plin. lib. 1. de
Rep. in fin.
Arist. 1. Eth.
6. 7. Text. 54.

que ab aliis distinguit. Ex hisce jam evidenter conficitur Summum hujus Vitæ Bonum, sive id, ad quod omnia nostra votâ studiâq; unice Conspirant, nullum esse aliud, quam ipsam VIRTUTEM, quippe quæ unica Animæ Rationalis Summa est Perfectio, & inter cæterâ Bona omnia, sola Homini competit, quatenus Homo est; cum reliqua quæ pro Bonis habentur, vel Bona revera non sint, vel saltem non sint proprie Humana, nihil enim nisi quod ratione regitur, aut rationem habet, Humanum est, aut Homini proprie convenit. Atq; hisce ita breviter præmissis, jam quidem ipsam Summi Boni seu Felicitatis Definitionem confidentius superstruere licebit. Et forsitan non Incommodè hæc vice usurpabimus eandem, quam tradit Arist. Lib. 1. Eth. Nicomach. cap. 7. text. 58. hunc in modum: *Felicitas est operatio Animi, per Virtutem optimam & Perfectissimam, in Vitâ perfectâ.* Vel ita, *Summum, quod hic quærimus, Bonum est Virtuose agere, rectâq; rationi Congruenter Vivere.* Sicut contra, Summa est miseria, turpi se immergere otio, Vitiisq; sordibus conspurcare. Quæri autem hæc solet, Num in ipso Virtutis Habitu, An verò in Virtuosa potius Actione, Summa consistat Felicitas? de posteriori præcipue affirmat Aristit, & cum eo Clariss: Dominus Hornejus, qui hæc de re, copiosè non minus quam eleganter, Disputat Eth. Lib. I. Nos habitâ Compendij rationè breviter dicimus, Conjunctim ambo magis quam seorsim valere, cum neutrum altero Commodè diuque carere possit, Conf: Heid:

Sed consistit
in solâ Virtu-
te, quæ Animi
Summa est
Perfectio.

Definitio
Summi Boni,

Quæstio:
Num in Vir-
tutis Habitu,
an v. ipsa
Virtuosa ac-
tionè Sum-
ma consistat
Felicitas?

Pag.

Solutio Duz
bii.

pag. 125, Dubium autem ipsum, præter aliã, gra-
viter atque nervose enodatum invenies apud
Franciscum Piccolomineum grad. 9. cap. 14. hunc
in modum, *Summum Homini Bonum situm est in
Virtutè, ut in fundamento. In Actione, ut formã & su-
prema Perfectione; In Voluptate, ut in effectu; In
Natura & fortuna Bonis, ut in Instrumentis; In Honore
& Gloria, ut signo; In Animi Tranquillitate & Vita
Natura Consentanea, ut in Fructu; In Deo, ut in Ob-
jecto; In Conspiratione omnium Bonorum, ut Cumulo.*
Sed nova nobis, ex resolutione hujus, vicissim
suboritur Quæstio; Cum enim superius dictum à
nobis sit, Summum Bonum in ipsã Virtutis con-
sistere Actione, acutè satis obiici solet: Omnem
Actionem esse propter finem, adeoque etiam
hanc Ulteriore agnoscere debere finem (quod
Thesin nostram facile everteret) quo autem ali-
quid datur superius, illud simpliciter Ultimum
dici non potest; Nos pro decisione quæstionis,
hac vice vestigijs insistentes sæpius memorati
Pia Recordationis Nob. DN. D. Gyldestolpes / di-
stinguimus inter actionem Ultimam, quæ ad Ul-
teriorem finem non tendit aut dirigitur, & Inter-
mediam quæ semper finis alicuius gratia suscipi-
tur. Hoc igitur libenter largimur, quod o-
mnis actio intermedia sit propter finem; atqui
id jam de Summo Bono si subsumseris, minor
Propositio aperte erit falsa, Summum enim Bonum
non Intermedia, Sed Ultima actio est atque O-
peratio, Ultima Intelligit in suo genere. Re-
spective enim & in certo rerum Gradu atque
Ordi-

Objectionis
decisio.

Ordinè ad aliud, Dej nempe Gloriam, Homi-
nisque Salutem (ad quam Temporalis hæc me-
ritò à Christianis dirigenda) si consideretur,
alia prorsus est ratio. *Neg enim absurdum est,*
(ut proprijs ejus utar Verbis) *in alio genere ali-
quid supra se Perfectius agnoscere, quod tamen
in suo Genere Perfectissimum habetur. Ita Homo
in suo Genere Perfectissimus esse potest, licet
Deum Infinitis modis Perfectiorem habeat; &
formica in suo genere Perfectissima, Hominem
tamen Perfectiorem agnoscit.*

THESIS IV.

Restat, ut de Bonis Fortunæ aliquid dicamus;
notum est, Bona illa, quæ ad Felicitatem re-
quiruntur, in triplici esse differentiã, Animi vi-
delicet, Corporis, & externa illa sive fortunæ;
Verum enim verò, quemadmodum de Actione
& Habitu Virtutis dissentiant Aristoteles & Stoi-
ci, ita etiam de Bonis fortunæ diversa tradunt,
cum enim Habitus Virtutis esse sinè bonis illis
possit, non actio; necessariò fit, ut de Uno si di-
sceptatur, de altero etiam oriatur controversia,
Aristoteles dicit, Bona quidem fortunæ Felicitate-
tem non Constituere, Interea tamen hanc iisdem
carere non posse ait. Stoici contra, Felicitatem ac
S. B. Bonis externis non tantum carere posse dicunt, sed
& illa nec revera bona, nec mala, sed Indifferentia
faciunt. Cum autem hac de re Prolixi passim
C apud

In Bonis for-
tunæ absolue
te non Cons-
sistit S. Bonum,

apud Eruditos occurrant discursus, maximè apud
Clariss. DN. Hornejum, (quem hâc de Materia
Elegantissimè differentem Consulè si placet,
B. L. Eth. lib: I.) nos Bolide nostra Ulteriorem
hic fundum non metiemur, sed hoc saltem bre-
viter notatum Volumus; Summum Bonum non
Consistere quidem in Bonis fortunæ, sed solâ tan-
tummodo Virtutis actionè, hisce tamen ut In-
strumentis, quò in ipso Virtutis Exercitio feli-
cius operetur, Commode omninò carerè non
posse. Aliud proinde est, dicere Summum Bonum
non posse esse sine Bonis Fortunæ, & aliud, Sum-
mum Bonum esse Bona Fortunæ, quod om-
nino distinctè tractandum est; Ita Homo sine re-
spiratione vivere non potest, respiratio tamen
non est Vitâ ipsa, Somno itidem Vita carere non
potest, qui tamen Vita ipsa non est. Uno ver-
bo, Summo Bono convenire debent multa, quæ
Bonis fortunæ non deprehenduntur Convenire,
unde manifestè patet, illa Summum Bonum non
constituere Essentialiter. Quemadmodum igitur
unum & idem non sunt, ea sine quibus nemo
sanus esse potest & ipsum illud sanum esse, ita
nec idem sunt, benè Vivere, & ea, sinè quibus
bene Vivere non licet, quod ad hanc materiam
hâc vice breviter notatum sufficiat. (Confer A-
ristotelem loco superius in marginè citato.) Co-
ronidis loco (nè Compendij leges transgredi vi-
deamur) paucis addere lubet, quomodo & quâ
rationè Felicitas hæc acquiri possit ac debeat,
quid enim sit, & quâ in Re Consistat, vidimus
hactè-

Tamen
Summum
Bonum.
B: fortunæ
Commode
carere non
potest.
Arist. I. Eud.

Conf. letter. h.
I. in suis Con-
suetudinibus.

Lib. I. Eth.
Nicom. c. 9.

hactenus. Imprimis quidem hic dicimus cum
Aristotelè, Primariam atquè Principalem hujus
Beatitudinis Causam esse ipsum Deum Ter Opti-
mum Maximum, cujus donum hæc, ut reliqua
Bona omnia, omnino est. Proximam autem
atque Secundariam ipsum Hominem facimus, qui
hanc assuefactione atque Doctrina sibi compara-
bit & acquirat, undè hæc res præ aliis omnibus,
post æternam Salutem & bona spiritualia, cre-
bris seriisque precibus devotè à Deo petenda est;
Hioc Scriptura testatur Deo placuisse, quod
Salomon non divitias, non Gloriam, sed Sapi-
entiam bonamque mentem ab ipso precibus suis
efflagitasset; Animum videlicet Intelligentem ad
judicandum Populum Dei, atque discernendum
inter Bonum & malum. Præmia verò, quæ Vir-
tuose agentes & rectè beateque viventes, Civili-
ter quidem loquendo, ut plurimum manent, in
duplici sunt differentiâ; vel enim Interna,
vel Externa dicuntur. Internum quidem il-
lud unicum solummodo est, ipsa videlicet Felici-
tas, quæ licet respiciat res externas, Internum
tamen appellatur præmium, quod in Animò sem-
per remaneat, inque eo Unicè sedem suam ha-
beat. Externa autem illa, pro temporis, subjecti
& Circumstantiarum ratione varia sunt, utpotè
Honos, Magistratus, Potentia & alia hujusmo-
di. Notandum tamen, nos hîc non promiscuè
quemvis felicitatis hujus capacem facerè, sed hunc
tantummodo, qui gaudet Virtutè optimâ in Vi-
tâ Perfectâ, Fortunæ autem hinc omne Imperi-
um

1. Reg. 3. v. 10

Præmium
Virtutis
duplex.

Internum.

Externum.

Non quivis
capax est Ci-
vilibus felicitas
tis.

Req. ad Felis
cit. Excer
citatio & bo.
ni malique
cognitio.

um, ut supra dictum, sequestramus atque relegamus. Ultimò & hoc obiter adijcere lubet, ad Beatitudinem Felicitatemque Summam, non sufficere solam scientiam Virtutis & Præclarâ dogmata, requiritur enim hic insuper, primò Exercitatio, & quidem Continua atque diuturna; Deinde, ut quid Bonum aut malum in Vitâ, quid sequendum fugiendumve sit, non Perfantorie saltem, sed accuratè Cognoscatur. Quæ quidem singula in Perfecto Virtutum Candidato, Summâq; felicitatis Alumno, omnino desideramus. *Asi vela heic contraherè, fessamq; Pelagi jam Ereobribus Cymbulam in Portum deducerè, videtur tutissimum. Deus Ter-Optimus Maximus Divino suo Spiritu omnibus nobis adesse dignetur, in seculorum Perpetua secula!*

Confectarium.

Disputatio de Summo Bono Civili, Hominem Christianum non Solum decet, sed eidem utilis est, eumque perficit;

OMNIPOTENTI GLORIA!